

secundares concessione. 20.

¶ Sed dubium est. An extēdenda sit hęc concessio ad irregularitates super quibus mo-
do Episcopis conceditur in Concilio Tridē-
tino [Sessione. 24. cap. 6.] posse dispensa-
re in foro conscientię. Quid sentiat Doctor
Henriquez circa hanc difficultatem, visum
est iam in fine p̄cedentis conclusionis. Prę-
dicti autem Patres illis esse quam probabile
partenı affirmatiuam dicunt. Quia ille ir-
regularitates Concilij Tridētini, Sessione dic-
ta, sunt iam Episcopis reseruatę: cum ipsi so-
li possint super eis dispensare sicut absolu-
te ab excommunicationibus iuris eisdem re-
seruatis, &c. Sed Pius. 5. post cōcilium Tri-
dentinum concessit nobis hoc priuilegium
Sixti. 4. & Iulij. 2. ac si de verbo ad verbū
insereretur in dicto Motu proprio. Et hoc
priuilegium Sixti. 4. & Iulij. 2. concedit no-
bis absolutionenı ab omnibus censuris, &
super quacunq; irregularitate Ordinario re-
seruatis dispensationem posse dare. Negati-
vam vero partem probabiliorem credunt.
Quia cum priuilegium hoc clare non dicat
& ex verbis generalibus non est inferendo
absurdum, scilicet, q̄ confessores simplices

¶ §§§§§

[quorum]